



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

14. Quo tempore aduersus principem praescriptio compleatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)



est de feruitibus vrbans, & rulticis, Nam vrbane feruitures  
 vt extinguantur, requirunt quod patiens feruitutem bona fide,  
 aliquem actum praeter quo vium feruitutis impediatur, sicque a  
 feruitute liberum reddat. Exemplum est Titius habet ius immit-  
 tendi tignum in tuum murum, extrahit illud. Vt ergo aduersus il-  
 lum praescribas, non sufficit vt ipse iure praedicto non vtiatur, si  
 quidem non est obligatus certis aliquibus temporibus eo vti,  
 sed cum voluerit idcirco requiritur, vt ipse tignum immittere  
 volent resistat, & de facto impediatur. Ab eo igitur die quo hoc  
 impedimentum bona fide praestas incipis praescribere. Vnde si  
 in ea possessione perstitis decennio praesente aduersario, vel eo  
 absente vicennio praescriptionem complas, absque eo quod ali-  
 quis tinnus tibi necessarius sit. Vt colligitur ex leg. penult.  
 Cod. de feruitibus. & leg. regia. 16. in. 31. par. 3. & docet  
 Molina de spuat. 66. conclus. 4. & disputat. 70. post medium.  
 Lessius lib. 2. cap. 6. aduersat. 6. numer. 30. Rultica vero feruitures  
 quales sunt agendi iter per alienum praedium, patendi ibi-  
 dem gregem, ducendi curram, & deriuandi aquam solo non vtu  
 per decennium inter praesentes, & vicennium inter absentes ex-  
 tinguntur, vt ex supra dicta leg. per. uir. constat, & ex leg. hac au-  
 tem iur. ff. de feruitibus vrbano. praedior. & tradit Syluest. verbo  
 praescriptio. 1. quest. 7. §. v. de iur. Mo. Lessius in ci. au. Layman  
 lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 1. cap. 9. circa finem. Excipe feruitures  
 quales sunt vltus non singulis diebus, sed hebdomadis, aut men-  
 sibus habendus est, nam duplicatum tempus expostulat ad sui  
 praescriptionem inter praesentes videlicet vicennium. Vt colligitur  
 ex leg. ff. ff. quem admodum feruitus amittatur, & leg. vlt.  
 Cod. de feruitibus. Sed inter absentes duplicari etiam debet. Probabilior  
 videtur pars negatiua quidem in praedictis legibus solum  
 de praescriptione inter praesentes sermo habitus est, ac proinde  
 decisio illa dicta legis, ha. autem iura quoad absentes attinet  
 incoacta manere debet. Sicut placuit Glosse in leg. penult. &  
 vlt. Cod. de feruitibus. & approbatur leg. regia. 16. in. 31. par. 3.

Superest dicendum de officiis, & beneficiis, iurisdictioneque  
 Ecclesiastica, & seculari qualiter haec praescribantur? Regulariter  
 haec omnia titulo praescribuntur decennio inter praesentes, & vi-  
 cennio inter absentes, & absque titulo tricenno nisi praescriptio  
 sit aduersus Ecclesiam, eiusdemque, aut principem, aut ius praescri-  
 bentis resistat, quia eo casu seruanda sunt regulae superiores positae  
 de praescriptione rerum mobilium, cum haec inter res immobiles  
 competunt & consistit ex infra dicendis.

Ab hac autem regula excipitur beneficium quod triennio  
 bona fide pacifice possideretur, nam eo ipso possessor praescribit ne  
 ab viro competitore possit dimoueri. Vt habetur reg. cancel. de  
 vrb. iur. ff. Sed an ex vi huius possessionis acquiratur titulus be-  
 neficij ita vt possessor absque vlla dispensatione possit securus in  
 conscientia beneficium retinere? Non est constans sententia vt  
 diximus. tractat. 1. de benef. disputat. 2. pun. 3. Plures namque  
 retulimus affirmatiue patri patrocianates quibus addere potes  
 Saa. verbo beneficium. numer. 14. Lessius lib. 2. cap. 6. dubit. 10.  
 in. fine. 19. cap. 35. dubit. 25. numer. 140. Nicolaum  
 Garcia. tractat. de benef. p. 8. cap. 1. numer. 15. Paul Lay-  
 man lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 1. cap. 8. conclus. 6. Dicum-  
 tur ex eo quod Pontifex videatur media illa possessione titulum  
 beneficii possidentem coedere, siquidem denegat ne ab viro impetra-  
 ri possit. Sed contrariam sententiam eo in loco & nunc veritorem  
 esse iudicamus, quam praeter ibi relatos docet Molin. tractat. 2.  
 disputat. 70. in. i. Et enim vt ibi ponderauimus nullum est ver-  
 bum in dicta regula cancellariae ex quo recte colligi possit  
 praerogatiua beneficii possessori concedi, sed solum concedi ne  
 ab altero molestari possit ob viandas fides, & ob praesumptio-  
 nem quae adit legitime beneficium obtentum esse. Primigie  
 namque & maxime iuri communi derogantia statuenda non sunt  
 quin manifestissime consent. Ac iure communi statutum est ne  
 vilius beneficium obtineatur absque canonica institutione  
 cap. 1. de Regul. iur. in 6. cap. ex frequentibus. de institu-  
 tionibus. Ergo hoc privilegium quod sola trienniali possessione  
 beneficium acquiratur, vt potest derogans regula iure com-  
 muni statuta introducendum non est cum de ipso manifeste non  
 constat.

Insuper praesentandi ad beneficium aduersus quemcumque  
 priuatum propter Couarru. ad reg. p. sessor. 2. p. §. 10. numer.  
 & non praescribi tempore ordinario, videlicet cum titulo decennio  
 inter praesentes, & vicennio inter absentes absque titulo tricen-  
 nio, sed opus esse quadragenium cum titulo aut memoriale sine  
 titulo eo quod Ecclesia in eisdem ne patronus varietur. Sed re-  
 ctius contrarium docuerunt Molina disputat. 70. post princip. &  
 disputat. 75. circa medium Lessius lib. 2. cap. 6. dubit. 10. numer. 33.  
 Paul. Layman lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 1. cap. 8. conclus. 5. Nam  
 si attentè consideretur in hac praescriptione non Ecclesia, sed  
 priuatus qui patronum praetendit prauidetur. Ecclesia nam-  
 que parum refert hunc vel illum habere patronum & forte  
 qui possedit vtilior erit quam is qui praetendit, minorque  
 variatio euenit, si possidens in iure patronus conferuent, quam  
 si eo deiecto alius tertius admittatur. Longè plus interest  
 Ecclesiae, ne absque eius consensu notus feudatarius, aut eius hy-  
 reata mactetur, & tamen tempore ordinario diximus posse seu-

ter. de Castro, de iur. & iur.

dum, aut emphyteum Ecclesiae aduersus priuatum praescribi.  
 Ergo a fortiori poterit ius patronatus non praescribi.

Aduersus vero Ecclesiam ius patronatus non praescribitur nisi  
 quadragenio cum titulo, vel tempore memoriam hominum  
 excedente, quia ius resistit huic feruituti. Sed hoc spectato  
 iure antiquo intelligendum est, nam iuxta. Conc. Triu. sess. 25. c. 9.  
 de reform. omnis patronatus exclusus est, qui non fuerit ex funda-  
 tione, vel donatione Ecclesiae, & ex authentico documento, &  
 aliis iure requisitis ostendatur, siue etiam ex multiplicatis praesen-  
 tationibus perantiquissimum temporis cursum qui hominum  
 memoriam excedat aliaue secundum iuris dispositionem. Ne-  
 que immemorialis temporis probatio aliter patronis suffragatur,  
 quam si praeter reliqua ad eam necessaria, praesentationes etiam  
 continuatae non minori saltem quam quinquaginta annorum spa-  
 tio, quae omnes effectum sortita sunt authenticis scripturis pro-  
 bentur. De cuius intellectu late egi tract. 13. de benef. disput. 2.  
 pun. 2. Et ibi qualiter praescribi possit ius eligendi Rectorem in  
 Ecclesia Collegiata.

§. XIV.

Quo tempore aduersus principem praescriptio  
 compleatur?

- 1 Speciale tempus pro praescriptione bonorum Principi competen-  
 tium requiritur.
- 2 Quod si tempus requisitum pro praescriptione bonorum fisco  
 Principio competenti, ratione delicti?
- 3 Quod pro bonis vacantiis.
- 4 Quae principis competentis in signum suae iurisdictionis  
 praescribi non possunt?
- 5 Vnde praescriptionis obtinere potes exemptionem a soluendis  
 tributis.
- 6 Quod tempus requiratur pro annuis praescriptionibus im-  
 peditis ab iis qui sunt Principe inferiores?
- 7 An praescribi possint quae Princeps raro concedit?
- 8 Quae ad Regem, regnique coronam speciales possunt praescri-  
 bi, & quod tempus ad hanc praescriptionem requi-  
 ratur.
- 9 Quae Principi competunt qua ratione persona priuata est  
 praescribi possunt eodem tempore, ac alia bona priuato-  
 rum.

Pro praescriptione bonorum Principi competentium specia-  
 le tempus designatum est, vt videbitur, eaque de causa placuit  
 hanc praescriptionem ab aliis praescriptionibus se iungere. Con-  
 narra. ad reg. p. sessor. 2. p. §. 2. numer. 7. quem alii Neoterici  
 sequuntur, bona Principi competentia in quinque species diuisit.  
 Primo loco constituit bona fisco Principis competentia. Secundo  
 quae competunt Principi in recognitione suae supremae potes-  
 tatis. Tertio, quae ipsi ratione suae dignitatis referuntur. Quarto  
 quae eius coronae sunt annexae. Quinto quae ipsi vt priuatae perso-  
 nae competunt.

Quoad primum attinet bona fisco Principis pertinentia eo  
 quod debita sunt ratione delicti ante sententiam regulariter vi-  
 cennio praescribuntur. Vt praecedenti puncto dixi, ibique excepti  
 debita contracta ob non solum vctigal, quae quinquennio  
 praescribuntur, & debita ob haereticum crimen quae ad minus qua-  
 dricennium exigunt. At si loquamur de bonis fisco pro senten-  
 tiam delicti additis, non tamen fisco incorporatis, sed apud  
 reum, vel tertium possessore permanentibus, regulariter vicennio  
 praescribuntur, excepta constitutione in causa haereticis. Si vero iam  
 fisco incorporata, & ab ipso possessa necessarii exigunt ad sui  
 praescriptionem quadricennium ex leg. omnes Cod. de praescript.  
 30. vlt. 40. annor. §. re. sicut in 1. de v. s. cap. 1. & b. Glossa &  
 tradit in praesenti Molina. disp. 73. Lessius lib. 2. cap. 6. dub. 12.  
 Layman lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 1. cap. 8. conclus. 3. vt latius proba-  
 ui tractat. 1. de fide disputat. §. 1. ar. 19.

Bona vero vacantia fisco seculari pertinentia, si fisco denun-  
 tiata sunt, neque occupant quadricennio bona fide etiam absque  
 titulo praescribuntur. Vt constat ex leg. 1. Cod. de quadriennalibus  
 praescript. & lege intra quatuor ff. de diuersis, & temporal.  
 praescript. Quod si denuntiatio facta non est praescribuntur, sicut  
 & alia bona priuatorum cum titulo & bona fide decennio, absque  
 titulo tricenno. Et sic dicendum est de quibuscumque bonis, quae  
 ex alia ratione quim ex delicto fisco competunt, nisi specialis  
 aliqua exceptio in iure habeatur. Vt habetur leg. 3. ff. de requi-  
 rendis rebus. Sicut bene aduertit Molina tractat. 2. disputat. 73.  
 circa finem. Si vero haec bona vacantia, siue incorporata fisco  
 Ecclesiae Romanae inferioris competent, quadricennio, & non tri-  
 ennio tempore praescribuntur. Quod si Romanae Ecclesiae fisco  
 addicta sunt, centenario indigent ad sui praescriptionem iuxta ea  
 quae superior diximus, & notarunt Molina, Lessius, & Layman  
 loc. cit.

Secundo refert Couarru. quae debentur Principi, in signum  
 suae supremae iurisdictionis, vt vctigal & census, & haec affirmat  
 ad dictam reg. p. sessor. 2. p. §. 2. numer. 8. praescribi non posse. Quod  
 etiam





etiam docuit Panormit. *cap. cum nobis n. 12. de prescriptionib.* Decius *Conf. 103. col.* Andreas Fachineus. *lib. 13. cap. 8. 1.* Molina. *trad. 2. disp. 7. 4. conclus. 2.* Lessius. *lib. 2. cap. 6. dub. 12. n. 41. Et habetur leg. competis Cod. de prescrip. 30. annor.* Etenim cum subditi praescribere debeant iuxta leges à suo Principe latas, verisimile non est, imò nec rationi consonum leges aliquas à Principe constitui quibus subditi à recognitione suae supremæ potestatis eximantur. Unde non mihi probatur sententia Couarruu. *ad reg. possessor. 2. p. §. 2. num. 8. & Lessij lib. 2. cap. 6. dub. 14. numer. 14.* assentium subditum praescribere aduersus suum principem posse, emptionem à sua obedientia, & iurisdictione; sicuti videntur plures principes praescripisse exemptionem à iurisdictione temporali. Nam (vt recte inquit Mol. *dicta d. disputat. 74. conclus. 1.*) praescriptio subditorum omnem suam vim habet ex voluntate sui Principis, neque ad alia extendi potest quam ab ipso fuerit constitutum. Non enim subditi aliis legibus quam sui Principis reguntur; at vti nuper dixi verisimile non est velle Principem iure praescriptionis aliquem à sua iurisdictione eximi. Ergo hanc exemptionem praescribere nullatenus potest. Confirmo: ipse Couarruu. & Lessius ex communi sententia asserunt praescribi non posse exemptionem à soluendis tributis quæ in signum subiectionis supremæ potestatis debentur, at si subditi exemptionem à iurisdictione Principis praescribere possent & illam exemptionem à soluendis tributis praescriberet, siquidem sublata subiectione, iam non obligaret se Superiori subicere, & solutione tributorum eius supremam potestatem recognoscere. Item ipse Lessius, Couarruu. & alij recte negant posse praescribi à subditis immunitatem ab obedientia Principis, vel ab eius correctione, vel vt ad eum non possit appellari; at praescripta plena exemptione ab eius dictione, consequenter praescribitur immunitas ab eius obedientia. Ergo assentendum est praescribi non posse exemptionem à iurisdictione. Neque credendum est Principes qui aliquando fuerunt subditi Romano Imperio, exemptionem ab iurisdictione viâ praescriptionis obtinuisse, sed ratione contractus, aut aliâ viâ. Forre hæc rationes se Couarruu. obtulerunt, ideoque dixit non posse subditum si se vt talem profiteatur praescribere aduersus suum principem exemptionem à soluendis tributis, in recognitionem supremæ potestatis impostis, bene tamen praescribere exemptionem ab eius subiectione, quia in hac praescriptione non se subditum profiteatur. Sed adhuc nostra conclusio, eiusque fundamentum firmum esse debet, nam quantumcumque ipse subditus se vt liberum profiteatur, si tamen subditus est praescribere debet iuxta sui principis leges, quæ non sunt credenda exemptionem à iurisdictione, viâ praescriptionis concedere, vt potè quæ Principi maxime præiudicat.

Potes tamen viâ praescriptionis obtinere immunitatem à soluendis tributis, aliisque indictionibus communibus in subsidium belli imminens, vel necessitatis Principis subleuanda, etiam si maneat alioquin plebeius, quia nihil est quod prædictæ praescriptioni obstat. Sicuti aliis relatis docuit Couarruu. *d. §. num. 8. Lessius. dub. 12. num. 41.* Et quamvis Alexand. *conf. 136. num. 19. lib. 2.* Curtius Iunior. *conf. 60. colum. penult.* Anton. Rubens. *conf. 21. col. 1.* Sentiant ad praescriptionem opus esse quod praescribens interpelletur, & interpellationi resistat. *Argum. leg. cum scimus & ibi Barr. Cod. de agricolis, & censitis lib. 11.* Attamen rectius Aymon Sarellin. *conf. 111. c. de antiquis. tempor. 4. p. cap. circa promissa num. 63. & 38.* Quem refert, & videtur sequi Couarruu. *§. 2. num. 8.* negat hanc interpellationem, & contradictionem necessariam esse, sed ex eo tantum quod indictum tributum non soluerit, praescriptionem perficit. Nam cum exemptio ab his tributis in carentia solutionis consistat, nullam ex parte praescribentis contradictionem requirit, vt *superius* probatum est in seruitutis negatiuis. Neque contrarium probat lex *cum scimus*: nam vt præciti Doctores docent ibi sermo est de præscribenda seruitute, quæ in vsum deduci potest. Tempus verò ad præscribendam harum præstationum exemptionem, siue sint præstationes indictæ à Principe, siue à republica, quadriennium necessarium est cum titulo, & sufficit, & immemorabile absque titulo, vt ex Alexand. Imola & Iafone tradit Couarruu. *supra.* In regno tamen Castellæ ex sententia Gregor. Lopez. *leg. 6. tit. 29. par. 3.* nemo videtur prædicta tributa praescribere posse, etiam si tempus immemorabile alleget, siquidem ea in lege hæc praescriptio comparatur praescriptioni rerum factarum & hominis liberi, quæ nullo vnquam tempore praescribuntur.

Quod si sermo sit de tributis, seu annuis præstationibus quæ Marchiones, Comites, Duces, alique nobites suis vassallis imponunt, etsi plures censent allegato titulo, decennio praescribi absque titulo triennio, longè verus est immemorabile tempus absque titulo requiriti, & quadragenarium cum titulo. Etenim quoties aduersus praescribentem adest iuris praesumptio quadragenarium cum titulo, & immemorabile absque titulo necessarium est. Vt probat Textus in *cap. 1. de prescrip. lib. 6.* At aduersus Dominos suos vassallis has annuas præstationes indicentes, est iuris praesumptio quod per extortionem, & violentiam extorserunt, *leg. vlt. §. si iusto. ff. quod metus causa.* Ergo

quadragenarium cum titulo vel immemorabile requisitum est. Vt pluribus sumat Couarruu. *ad reg. possessor. 2. p. §. 4. numer. 5.* Molina. *disp. 7. circa fin. contentique lex regia. 7. in. 15. lib. 4. noua collecti.*

Tertiam speciem constituit Couarruu. *dicto §. 2. n. 8.* eorum quæ Principi ratione suæ supremæ dignitatis referantur, in quæ specie alia sunt quæ Principes nunquam communicant, vt leges condere totum regnum obligantes, monetam nomine proprio condere, ad ipsum vltimo appellare, procedere in causâ appellatione remota, reuocare sententiam quæ in rem iudicatum statuit. Alia sunt quæ aliquando etsi raro Principes concedunt, immittunt imponere tributa, instituire tabelliones de nouo, veniam atatis minoribus concedere, legitimitate illegitimos, restituere infami suam famam & statum pristinum, remittere poenam delicti cum non est pars læsa, maleficiores vltimo supplicio punire. Prioris generis bona nunquam praescribuntur, quia non est verisimile Principem velle praescriptione accipi quæ ipse vllò vnquam priuilegio concedit: vt rectè annotauit Molina. *disputat. 75. vers. aliqua.* At bona posterioris generis praescribi possunt, siquidem à Principe subditum aliquando communicantur: Vt deciditur. *cap. super quibusdam. §. præsertim de Verbor. significat. & probat.* Couarruu. *ad reg. possessor. 2. p. §. 2. num. 8. & §. 3. à principio.* Lessius. *lib. 2. cap. 6. dub. 12. numer. 41.* Fachineus. *lib. 13. cap. 8. 1.* Molina. *loto citat.* Tempus autem huic praescriptioni necessarium existimat Molina esse centum annorum cum titulo *argum. leg. vii. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis.* vbi aduersus ciuitates non datur praescriptio minori tempore quam centum annorum cum titulo & immemorabile absque titulo. Ergo à fortiori idem tempus necessarium erit in praescriptione aduersus Principem, regnumque eorum. Sed verius est quadragenarium cum titulo sufficere. Vt docuit aliis relatis Couarruu. & Lessius. *supra. c. 1. de prescrip. in. c. & ex legat. reg. 1. tit. 10. lib. 5. noua collecti.* Neque dubitatur in praescriptione aduersus ciuitates, centenarium cum titulo requiri. Tum quia ea sunt ciuitates specialis quæ non debet extendi ad ea quæ Principi competunt. Tum & præcipue quia priuilegium illud ciuitatibus concessum non est pro quibuscumque bonis, sed pro bonis quæ eis ex hereditate, legato, donato, fideicommissio, empto competunt. Vt bene aduertit Lessius *dicta dubitat. 12. circa finem.* Quando verò titulus non adest, immemorabile tempus necessarium est: quippe ius communitatis his praescriptionibus resistit, & praescriptum mala fide introductus esse.

Quartò enumerat bona quæ ad Regem, Regnique eorum spectant; qualia sunt præta pascuorum, saltus fetarum, vineæ, prædia rustica, & vrbana &c. Hæc enim quia à Rege quandoque conceduntur aduersus eum possunt praescribi. Sed quod tempus necessarium sit huic praescriptioni. Variant Doctores. Nam Nicolaus Boërius. *quest. 264. numer. 25.* asseruit quadragenarium cum titulo sufficere, eo quod lex *vlti. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis.* requirit centenariam praescriptionem in ius quæ ciuitatibus, Monasteriis, Ecclesiis, aliisque locis piis competunt, ex hereditate, legato, donato, fideicommissio, aut empto restricta sunt ad tempus quadragenarium per *antient. quæ adit. nes Cod. de sacrosanctis Ecclesiis.* Verum vt rectè Couarruu. *ad reg. possessor. 2. p. §. 2. numer. 8. & 9.* Mol. *disputat. 74. conclus. 4.* Lessius *cap. 9. dubitat. 12.* aduertunt *Amo,* quæ aduersus solum restrictit praescriptionem aduersus Ecclesias, Monasteria, Hospitalia, aliaque loca pia, non autem aduersus ciuitates. Quare lex vltima ea parte quæ ciuitates spectat, incorrecta permansit, vt intuenti erit manifestum. Quo posito si bona præscribenda principi eiusque corone competunt ex hereditate, legato, donato, fideicommissio, aut empto centenarium tempus cum titulo necessarium est ad illum praescriptionem, eo quod hoc tempus pro præscribendis prædictis bonis aduersus ciuitates requiritur. Ergo à fortiori pro præscribendis aduersus regni coronam requirendum est. Secus verò si principi, eiusque corone ex alio capite competant.

Quintò refert quæ Principi competunt quæ persona priuata est, & in his nullo priuilegio speciali gaudet Princeps, sed tempus quod sufficiens est vt aduersus quemlibet priuatum praescribat idem aduersus Principem sufficit Vt tradit Bald. *leg. 2. Cod. de immuni a de vsu capientibus* Couarruu. *ad reg. possessor. 2. p. §. 1. in fine.* Mol. *disp. 7. 4. concl. 5.* Lessius *lib. 2. cap. 6. dubit. 12. num. 41. in fine.*

§. XV.

Quæ res praescribi non possunt?

- 1 Expenduntur aliqua in quibus serè nulla est distinctio.
- 2 Proponitur quæ, io, an alter aut prohibita praescribi possint.
- 3 Resoluitur praescribi non posse.
- 4 Aduersus eos qui agere possunt bene potest curare praescripiti.
- 5 Praescriptione immemorabili optime valent praescribi.
- 6 Praescriptione introduci potest seruitus, & Maioratus.